



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 10. Conditiones Ferdinando Regi ab Hungariæ Ordinibus præscriptæ,
atque ante suam electionem firmandæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Sæc. XVII. duis Hungaricos Proceres pereleganti
 A.C. 1618. latina oratione salutasset, die vigesima
 tertia Martij Pro-Cancellarius eisdem
 Cæsaris nomine proposuit, quod Imper-
 rator Ferdinandum in Filium ac hære-
 dem assumpserit, huncque pariter ab
 Hungariæ Proceribus nunc in Regem
 suum eligi peroptaret, ut eo eventu,
 quo Cæsaream Majestatem suam abs-
 que mascula prole decedere contingat,
 Regno de certo Rege ac Successore pro-
 visum esset, ita tamen, ut Cæsare ad-
 huc superstite præter ejus mandatum,
 & præviā Hungarorum consultatio-
 nē Ferdinandus nullo pacto se publi-
 cis Regni negotiis immisceret, sed solo
 coronati Hungariæ Regis honore con-
 tentus esset.

§. X.

*Conditiones Ferdinando Regi ab Hun-
 garia Ordinibus præscriptæ, at-
 que ante suam electionem fir-
 mandæ.*

*Arth. Mert.
 Gallob.
 t. 12. l. 2.*

Percepta Cæsaris voluntate Hungariæ
 Ordines, Statusque ad Sigismundum
 Forgatsium Regiæ Curiæ Judicem
 referebant, quod Ferdinandum in Hun-
 gariæ Regem eligere decreverint, ea
 tamen lege, ut hic cunctas Regni liber-
 tates, statuta & jura firmiter ac inte-
 gre

gre observet, atque ab omnibus obser- Sæc. XVII.
 vari curet, simulque cuncta gravamina A. C. 1618.
 subinde emergentia in comitiis, saltem
 quolibet triennio celebrandis, tollat,
 Regnique negotia per Hungaros pertra-
 ctet, eisque Præfecturas conferat. His
 nondum contenti Protestantes, insuper
 petebant, ut Judices sine Religionis di-
 scrimine eligerentur, cunctisque No-
 bilibus, liberis civitatibus, universis-
 que Regni Ordinibus, etiam in confi-
 niis Hungariæ, necnon in oppidis, &
 villis Religionis exercitium ubique li-
 berum relinqueretur, nec quisquam in
 libero ejus usu a quopiam, aut quovis
 modo turbaretur: Insuper Rex coronam
 Regni ex Hungariæ Regno nunquam
 afferat, vel afferri permittat, sed in
 Regia conservet, fœdera cum Bohemis
 observet, arces quasdam ab Austriacis
 & Polonis gratis liberet, & Regnico-
 lis restituat, Nobilibus vero Heiduccis
 sua privilegia confirmet, seque in Re-
 gni administrationem, superstite Cæsa-
 re, non ingessurum spondeat.

§. XI.

Hi articuli a futuro Rege confirmati.

Priusquam Hungariæ Proceres Ferdi- Petrus de
 nando Regi hosce articulos trade- Reva Mo-
 rent, in locum Comitis Georgii Turso- narch. Hung
 cent. 7.